

DISSERTATIONE INAUGVRALI, ⁴⁶
DE ^{1714 256.}

SORTE
SVEFRAGATORIA
ECCLESIAE,
vom Priester-Lob/

*RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO REGIAE DOMVS PRINCIPE AC DOMINO,*

CAROLO,
PRINCIPE PORVSSIAE, CETERA,

*In Fridericiana,
PRAESIDE*

D. IOANNE PETRO Sudewig/ICto,
*REGI A CVRIALIVS CONSILII, PROFESSORE IPRIVM ET HI-
STORIARVM ATQVE MAGDEBVRGICI TABVLARI ARCHIVARIO,*

PRO LICENTIA

ad summos in utroque iure honores rite consequendos,

RESPONDEBIT
FRIDERICVS CHRISTOPH. OPEL,
ADVOCATVS ISLEBIENSIS.

DIE XIII. MENSIS NOVEMBR. clo lxxxiv.

HALAE VENEDORVM
Litteris CHRISTOPH. ANDREÆ ZEITLERI, acad. typ.

VIRO SVMME REVERENDO ATQVE
EXCELLENTISSIMO,
DN. EHRENFREDO
DVRRIO,

COMITATVS MANSFELDENSIS VNIVERSI
SVPERINTENDENTI GENERALI
ATQVE
SACRI CONSISTORII PRAESIDI
GRAVISSIMO SPECTATISSIMOQVE
CETERA,

DOMINO SVO AC PATRONO

AETATEM DEVENERANDO,

DISSERTATIONEM INAUGVRALEM
DE IVDICIO SORTIS IN ECCLESIA

^{IN}
TESSERAM GRATISSIMI ANIMI

CVM VOTO
LONGINQVAE SORTIS IN MORTALIBVS
IN AETATE SEPTVAGENARIO VICINA

DAT, DICAT, DEDICAT,

OPVSCVLI AVCTOR

FRIDERICH CHRISTOPH OPEL;
ADVOCATVS ISLEBIENSIS.

257.
Q. D. B. V.
DE Sorte
SVFFRAGATORIA
ECCLESIAE.

CAP. I.
THEMATIS PROPOSITIO.

§. I.



IN mores iuit, ut, loco *thesum*, aliquot linearum numeros non exeuntium, *libros* quandoque producamus in arena inaugurali. Olim certe academicae dissertationes fuerant *breuissimae*. Nam *disputandi*, non *docendi* causa propositae. Quapropter limites non excedere debuerunt unius uel alterius *problematis*. Deinde quis dubitaret, dissertationes ita fore in academiis longe *frequentiores*. Non enim cuiusque doctoris est, inclarescere orbi in *librariis* tabernis. Imo sunt exempla eorum, qui plus *docent*, quam *scribunt*. Contra aliorum, qui malunt scribere multa, quam multum docere. Et quaeso, qui fit, quare pauperes raro conspiciantur in cathedris? Cum litteris alias non obsit, sed profit egestas multoties. Scilicet, cuiusuis non est, impensas ferre opusculi multarum litterarum. Et quis porro inter aliquot horularum spatia uel expectaret uel requireret libelli totius examen. Praesertim cum solennia formularum, quibus utimur disputantes, spatiosi conterant tantum non alteram partem. Praeterea ueritas frustra indagatur sic disputando. Nam spes nulla est, ut locum alterius opinioni det, qui illum tam

*Breuitatis
commendatio
in dissertationibus
academicis.*

prolixo iam apparatu occupauit. Partus, iam exclusus, aliam induere formam non potest. Parentis igitur interest, ut illam tueatur, quam accepit semel. Contra ante in lineis aliquibus periculum facere oportebat disputantes. Tum certe ueritatis amico gratum, uellicari aurem tempestiue. Conformari ut possit opusculum ad monita rectora. Hunc finem quoque habuerent ueterum recitationes, quarum toties meminit Plinius. Breuitate adhuc commendata, gaudent hodieque academiae *pontificiales*. Imo ex nostratibus etiam uicini *Belgae & Angli*. Qui ad nostra disputationum uolumina tantum non obstupescunt. Vti nos pontificiales ridemus. Qui suis dissertationibus conciliare uolunt, nescio quam, gratiam ex opera pictoris & chalcographi. Amplissimis enim ornatisque picturis principum; uirorum sanctorum; historiarum omnis generis subscribunt themata rerum respondendarum. Accedit demum, quod inaugurales athletae in prolixitate quaerere possint praesidium. Instar aduocatorum, qui malam causam instituunt irretire & mole uincere glaucomatis. Hinc forte lex data *magistris Vitebergensibus*; ut disputaturi essent, uenia sit uerbo, bischedales uterenturque typis crasioribus. Crimen ibi uigiliae, si duas schedas exierint prodierintque exscriptae litteris minutis. Hæc pro commendatione breuitatis in opusculis academicis quam nostro etiam exemplo sumus nunc comprobaturi.

Proposito argumenti.

§. II. Scilicet *unicam* nunc *causam* respondebimus disputando. Quae in hac quidem uerfatur quaestione: *UTRUM ELECTIO ECCLESIAE MINISTROS FIERI QUAEAT IUDICIO SORTIS*: uel, ut breuius & forte Latine magis dicam: *de sorte suffragatoria sacri collegii, coetus, ecclesiae*. Non fingo controuersiam, quae nuper in locis duobus ualde est

est in utramque partem disputata. In uno historia fuerat haec: *elegerant duo patroni candidatos videm duos ad unum idemque munus pastoris.* Vtrumque idem ius eademque iniuria. Cedere vult neuter nel latum unguem. Tandem consiliantur amici, ut rem *sortis iudicio* deserant utrique, qua tum, utut ceciderit illa, acquiescerent. *Sortitione* facta, impetit patronos, principis nomine, fisci aduocatus. *Primum*, quod sortilegio usi sint in ecclesia, quod crimen sit mereaturque grauissimam poenam: *deinde*, quod, discordante iudicio electorum, eligendi iura ad principem ceu superiorem deuoluantur. In *altero* loco idem controuersiae fuerat genus. Nam rei ecclesiasticae praefecti, die *Kirchen-Vorsteher* / quos in Saxonia inferiori nunc *Leuitas* dicunt, nunc *uiros diuinos Gottes-Männer* / pariter in eligendo pastore iuerunt in partes, numero quidem aequales prorsus. Ne igitur nihil uiderentur egisse, duobus candidatis commendant *sortem*. Cuius usum denuo improbauit princeps. Eo quidem fine, ut *iure* uteretur *deuolutionis* ecclesiaeque curatorum haec instituta numis & multa graui coerceret. Dicendum itaque est iudicandumque: *an sortis iudicio recte ac impune usi sint rei; an secus, promeruerintque ideo poenam?*

CAP. II.

DE SORTIS DEFINITIONE
AC DIVISIONE.

§. I.

VT sciatur, de quo futura sit disputatio, fortis uerbum cum definiiri debet, tum diuidi. Vtrumque nostris uerbis, non alienis, quae nostro iudicio minus probantur.

A 3

§. II.

Sortis DEPT-
NITIO atque
in diuinato-
riam & luso-
riam DIVISIO.

§. II. Scilicet nobis SORTES, uniuersim dicta, est *fidei agumentum* *petitum ab euentis* alienis. Fides autem illa nititur uel *prouiden-* *tia diuina*, ubi habes *DIVINATORIAM*; uel *nudis euentis*, quam adpellabimus *LYSORIAM*. Atque ita nos. Idque propterea, quoniam *sortis ipsa essentia* in hoc consistit, ut *ex euentis colligatur fides rei alienae*. Huius autem fidei esse possunt plura fundamenta. Aut enim credit fortilegus, *namen* aliquod sigillatim rectorum esse casum, de quo is concipit fortem, ubi sortis usus est *diuinitio*: aut relinquit rem brutae *fortunae*, uel casibus caecis, sine ulla altioris regiminis opinione instar *lusus*, inde fors *lusoria* & iocularis. Si uero numina, fas est, distinguere in *bona & mala*; ultimaque iterum in *uera & falsa*: *diuinationes* sortis aliae erunt *diuinae* aliae *daemoniace* aliae iterum *idololatri-* *cae* siue, quod idem est, *magicae*. Hae tantum diuisiones eius generis sunt, ut faciant ad dicendum fortes uel *iustas* uel *iniustas*. Aliae autem, quae inueniuntur apud auctores, illae uel aliunde petitae sunt, quam a rei ipsius indole & natura uel minus certe, nostro iudicio, sunt adcuratae.

Diuisio sortis
a subiecto.

§. III. Illud autem uerum est, quod SORTES recte etiam diuidi possint pro rebus, in quibus illae adhibentur. Sic in causis *IUDICIARIIS* fors audit uel *consultatoria* uel *desistoria*: in communi *DIVIDENDO diuisoria*: in *ELIGENDO suffragatoria* & quae partitiones sunt generis eiusdem. De quibus ex instituto agunt *PEVGERVS de diuinationibus*; *DELRIVS in disquisitionibus magicis*; *ARETIVS de problematibus*; *Edo NEVHSIVS de diuinatione* atque theologi pontificii *THOMAS, SVAREZ, SANCHEZ, BARBOSA*; a *LAPIDE*: ex Euangelicis *GATTAKERVS, TAFFINVS, Iacob. BALMFORDVS, DANAEVS, VOETIVS* aliique plures. Etiam

in

in hoc argumento sunt iureconsulti *Troilus* MALVETIVS, qui primum de *iure circa sortem* ex instituto est commentatus, quem deinceps facile sequuti sunt alii *Henr. HAHNIVS*, *Alphonsus a CASTRO*, *Christ. Phil. RICHTER*, *Herm. uon SPRECKELSEN*, *Dan. BRAVN*, *Enoch GLAESERVS*, *Henr. LINCK* pluresque alii de iure fortis ex instituto editi scriptores. Taceo interpretes iuris ecclesiastici & ciuilibus, qui omnes ad titulos de *fortilegiis*, *electionibus*, *diuisoriis* contractibus in usu fortis forensi fuerunt occupati.

§. IV. Definitione atque diuisione fortis explicata, ^{Quo genera} cile nunc erit ad intelligendum, quodnam fortis genus ^{fortis licita,} iure *naturali* sit licitum. Scilicet, qui rem, quam in sua ^{quæ minus?} potestate habet, alteri donare & gratis remittere aut, quod idem est, in alterum sine causa eam potest transferre, illi etiam facere hoc licebit ex causa *leui*, *fictitia*, *iudiciali*, *stulta* & *absorta*. Cum in iure sit unum idemque causam nullam habere & habere minus idoneam. Eo igitur usque *licitus* erit fortis usus, quousque *lex prohibita*. Neque aliquid uidebitur, quod prohibitum sit in sorte *luforia*. Verum in *diuinatoria* sunt rationes paulo magis ambiguae. Equidem in theologia naturali sunt sorte, quibus tueri liceret *fortilegia*. Quoniam numen ita colitur rogaturque eius uoluntas, in euentis aperienda; quoniam exempla prostant tot populorum, qui impune neque sine successu usi sunt diuinatoria sorte; quoniam decreti esse uidetur diuini, ut fide quilibet sua uiuat. Inde est, quod etiam pagani memorant, fessellisse *fortilegia* illos, qui ad illa non accesserint cum plena animi fiducia. Verum contra sentiunt alii. Quod Deus tentari non debeat temere, quod diuinis nominibus uti non debeamus in uanum, id est, abuti illis ad res *nauci* & *fruitiles*;

tiles; quod cultus Dei non fingi, sed requiri debeat, ab illis, quibus ipse Deus eundem aperuerit, cetera. Sed haec de rationibus fortis naturalibus. Quid uero uelint de illius usu iura ecclesiastica, ciuiliaque: illud quidem est, quod iamnuac dicendum & demonstrandum.

CAP. III.
ADVERSVS SORTEM SVFFRAGATORIAM
ARGVMENTA
EORVMQVE DISSOLVTIO.

§. I.

ARGVMENTA
sorti suffra-
gatoriae AD-
VERSA I) IV-
RIS CANONICI

Add refellendam, in electione sacrorum antistitum, suffragatoriam sortem principio quidem utuntur *iure canonico*. Quamuis enim proscripserit illud Lutherus ex ecclesiis euangelicis; factum tamen id esse dicunt tantum in symbolis *fidei*, non in causis *ciuilibus* atque *rebus ecclesiasticis*, in quibus *electio* uerfetur *mystrarum*. Quapropter in ultimo hoc argumento canone sit etiam standum inter electores euangelicos, cuiuscunque illi ordinis sint & dignitatis, quemcunque etiam tangat *electio* siue episcopum siue inferioris ordinis pastorem. En igitur decreta sacra, quibus sortes in electionibus sacrorum antistitum improbatæ sint damnataeque. Decretum *cap. 3. X. de sortilegis* est quidem hoc: *Ecclesia uestra nuper episcopo destituta. Circa modum electionis diuersos incipientes tractatus, vnum tandem elegistis ex uobis per sortem. Is iterum tres elegit, qui episcopum ecclesiae nominarent. Nos tali examinato processu, multa reprehensione dignum putantes. sortem in talibus perpetua prohibitione damnantes.* Verba haec esse uidentur clarissima fortis, in omni genere electionis *mystrarum* prohibita. Partim, quod illa con-

cap. 3. X. de
sortilegis.

cepta sint uniuersim, nude, *absolute*: ideoque etiam non ferant aliquam *restrictionem*, *limitationem*, *distinctionem*, quod lege distinguente, neque distinguere sit nostrum. *Partim*, quod ibi argumentum sit a minori ad maius. Si enim neque *electores* episcopi potuerunt nominari per *sortem*; multo minus *sortis* usus erit licitus in ipso antistite eligendo. Quae historia est nostra. Accedit, quod non hic tantum locus sit aduersus fortis iudicia in ecclesiis: sed etiam plures alii. Ita in DECRETIS CAUSA XXVI. prohibitiones sunt quamplurimae aduersus *sortilegia clericorum*, quae improbantur damnanturque instar criminis magiae. Porro interpretes iuris pontificii eapropter mentionem faciunt trium tantum generum eligendi sacros antistites, utpote per *scrutinium*, *inspirationem* & *compromissum*: unde filum consecutionis est hoc, alios modos omnes ipsamque fortitionem ex ecclesiis esse proscriptam. Praesertim cum cap. 42. X. de elect. uerba sint haec: *Aliter*, quam modis praescriptis, *electio facta non ualet*. Imo, qui CONTRA PRAESCRIPTAS formas eligere attentauerint, eligendi, ea uice, potestate *PRIBENTUR*. Ut adeo cum recta ratione insanire oportuerit illum, qui *sortis* usum stare posse dixerit cum iure canonico in sacrorum antistitum electionibus.

Eadem prohibitio in DECRETIS CAUSA XXVI.

§. II. Verum enim uero talia non sunt haec argumenta, quae nos deterrere possunt a *defensae sortis tutela*. Principio nolumus praesidium quaerere in problemate, *utrum iuris canonici aliqua sit auctoritas in euangelicis ecclesiis*, quoniam sunt quamplurimi theologi & iureconsulti, qui negant quaestionem derogantque canonibus omnem inter EVANGELICOS usum, de quo litigii genere consulti potest dn. praeses in *programme von Verbesserung des Kirchen-Rechtes* §. 17. Nam demus etiam iuri canonico

Negatus iuri canonico improbari nostri generis sortes.
 1) quia dubium, an tangat illud EVANGELICOS.

in suffragiis de electione antistitis locum: nihilominus saluam habebimus in utraque historia, superius p. 4 s. descripta, sacrorum antistitum electionem. Nam non quidem potest negari, HONORIVM III. circa *an.* 1220. in supra p. 8. laudato decreto uerbis uti ualde momentosis aduersus sortem. Verum enim uero plurima sunt, quae interpretationem tuadent, quod illud *capitulum* intelligi non debeat, nisi de sorte *diuinatoria*, coniuncta scilicet cum opinione, *Deum sorte recturum* esse electionem. *Primo* enim id uult inscriptio totius tituli de *sortilegiis*, quo uerbo plerumque denotantur diuinatores. *Deinde* cum alia decreta in *cap. IV.* sequenti conquirenda sint, quae sortis usum adprobent, in dubio certe uerba Honorii adsumenda sunt de sortis abusu. *Tum* ipsa decreti historia id fere dicit. Quoniam Lucanae ecclesiae collegae, cum in electione episcopi inquirere debuissent in merita candidatorum, hac cura omissa, fiduciam posuerunt in iudicio sortis. Quod merito illis exprobrat Honorius. Si enim *sortis* illorum fuerit *historia*, tum leuitas & incuria erant accusandae electorum: si autem *diuinatoria*, tum coargui poterat superstitio & religionis nimietas, qua in globulis fiduciam posuerunt diuinae uoluntatis, cum illam quaerere debuissent in usu rationis meritorum, uirtutumque candidati. Neque est, quod dicat aliquis, Lucanos tamen non ipsum *episcopum* elegisse sortis iudicio: sed tantum *electores*, ut adeo ad genus pertinere uideatur electionis per compromissum. Reponitur enim merito: *qui sorte decernit electores; ille uiam sortis facit electo.* Neque inter hunc & casus alios quidquam interest, quam quod sortis usus concurrere in electione possit uel *immediate* uel *mediate* uel *directe* uel *indirecte*. Vtrumque recte omni-

2) redarguit
capitulum
sortum DIVI-
NATORIAM,

quod uolunt
INSCRIPTIO;

DECRETA a-
lia;

HISTORIA ca-
pituli,

3) TEMERARI-
AS sortem;
non necessa-
riam.

Sors eligenti-
um qui sors
electi?

omnino prohibetur. Alia ratio *compromissi*, cum iudicio facti & usu rationis; alia *caccae* aut *superstitiosae* fortis. Primum largiuntur canones: alterum recte damnant re-
 felluntque. Quid igitur de *fortilegis nostris*, supra proditi-
 tis p. 4. 5. Illos certe uirgula non tangit Honorii III. Nam illi indagauerunt in uirtutem candidatorum: non uero confisi sorte cum utriusque neglectu. Deinde in calculis non Dei uoluntatem posuerunt: sed litigii finiendi qualemcunque tandem causam. Post non temere iuerunt ad fortiendum: sed ex necessaria idoneaque causa. Loquitur ergo *capitulum 3. X. de sortil.* non de sorte *rationabili*, cui praecessit candidatorum examen; non de *luforia*; neque etiam de *necessaria*: sed de genere fortis *superstitiosae; diuinariae; temerariae*. Casus uero nostri non in ultimis generibus fortis uersantur, sed in primis, nihil uitii & prohibitionis habentibus. Tandem, cum legis causa dicatur illius anima: iterum nostra euitabunt decreti huius uim. Eius enim causa primaria est haec: quoniam, fortis usu adhibito, fieri possit, ut eligatur homo indignus sacerdotio aut munere antistitis. Verum, in casibus p. 4. 5. propositis id quidem metui potest nequicquam. Quia in illis candidati iam fuerant missi sub examen industriae, uirtutis, litterarum. Breuiter, aliud est, eligere per sortem: aliud iterum, factam electionem fortis iudicio definire. In primo genere est capitulum: in ultimo autem casus, a nobis p. 4. 5. ad disputandum & respondendum allati. Taceo, quod infra in *cap. IV.* etiam ostensuri simus *interpretationem usuaalem*: a qua si discedere uellet Honorius III. haud dubie huic eius decreto adscribenda esset uox *palaen*, nota, quod uulgo dicunt, *textus desuetudine sublari*.

Discrimina inter electores, sorte electos & per compromissum.

Causa capit. 3. X. de sortil. nobis non aduersa

uis nota palaen.

Ad textum in
DECRETIS re-
positio.

Can. 2. C. 26.
q. 2.

De sortibus
Virgilianis.

Sortes
sanctorum.

§. III. Pergo ad dictiones aduersus *sortis iudicia* in electionibus sacrorum antistitum in DECRETIS. In quibus uere nihil est, quod *causis p. 4. s.* laudatis possit obesse aut opponi. Id quod in singulis ostendemus sigillatim. Canon 2. C. 26. q. 2. est hic: *Non statim debemus ob exempla IONAE & APOSTOLORVM sortis iudicium probare. Quia priuilegia singulorum neque faciunt legem neque factam tollunt.* Verum haec ad sortem diuinatoriam pertinent: de quo nunc quidem non disputamus. Can. 1. C. 26. q. 2. dicitur: *quod fors in se nil sit mali.* Reliqui canones id uolunt: improbandos esse, siue clerici sint siue laici, qui, in fortis usu imitentur paganos. Penes quos in mores iuerat, Homerum, Virgilium aut probae notae auctorem alium euoluere atque ex litteris aut lineis se primo conspectu exhibentibus, fortis instar, colligere futura euenta aut etiam mores hominum occultos, uade nomina sortes Homericae, Virgilianae, cetera. De quibus legi possunt DELRIO; du FRESNE; NEVHVSIVS & Obseru. HALLENS. tom. 4. obs. XIII. Idem enim clerici & homines christiani alii fecerunt post euolutione V. & N. T. psalmorum inprimis & euangelistarum aut sacrae apocalypses, imo etiam, librorum porro ritualium, poenitentialium, ceremonialium, indeque pariter, coniecturas & notitias petierunt hominum, rerum, euentorumque in occulto latentium. Inde ecclesiae doctores laudarunt quidem institutum, quod, loco paganorum auctorum, consulant scriptores diuinos: sed tamen displicuit illis hoc. Quod hoc fortis genere utantur in rebus nauici & leuioribus; quod nimium id faciant frequenter; quod frustra sibi ab his indiciis promittant numinis diuini apertos sensus, cum Deus neque ad talia homines probos delegauerit neque ad illa adstrinxerit suum auxilium. **Quapro-**

propter fieri, ut sortilegi plerumque, facile credendo, in euentis decipiantur. Hos sensus habent *can. 1. C. 26. q. 1. can. 1. 3. 4. C. 26. q. 2. can. 6. 7. 9. C. 26. q. 5.* Ceterum de his *sanctorum sortibus*, quas pagani opposuerunt Homericis & Virgilianis, plene planeque egerunt DELRIO, PAPEBROCHIVS in *actis sanctorum* & MABILLION in *actis Benedicinis*, BEYERLINCK, du TRESNE in uerbo: *sorts*, atque ex instituto Henr. LINCK de *sorte sanctorum*. Verum: eniuero iterum haec *sortis diuinatoriae* exempla sunt: in quibus casus, *p. 4. s.* propositi non uersantur. Ceterum *cap. 42. X. de elect.* cum omiserit tantum *suffragatoriam sortem*; non uero improbauerit illam: argumenti a silentio tanta non est uis. Ut taceam distingui posse inter modos eligendi ordinarios & extra ordinem: inter electionem & definitionem electi, cetera. Quo ultimo intuitu comprehendi sortilegia possunt sub modo eligendi per scrutinia.

Ad cap. 42.
X. de elect.
repositio.

S. V. Sed etiam SUFFRAGATORIAE SORTI in ecclesiis piisque coetibus obesse, uiderur IUS CIVILE ROMANVM. Ipse Iustinianus in *l. 47. sacris C. de Episcop.* ait: *abbates, simile iudicium uolunt sacri antistites alii, debent eligi ob industriam, uirtutem, litteras, merita: necquicquam uero ex ratione tempestatis, sortis aliarumque fortuitarum circumstantiarum.* Taceo alias leges de *maleficis, uencicis, sortilegis*, de quibus THOLOSANVS in *Syntagm. THIERS de superstition.* alique, quorum nomina laudata sunt superius. Repono, imperator retellit illos electores in ecclesiis, qui, nullo meritum examine instituto, quosuis candidatos sine discrimine commendant iudicio sortis. Quod iterum contra se habet in causis *p. 4. s.* recitatis. Taceo, quod in causis ecclesiasticis, quales sunt antistitum in ecclesiis electiones, ius Iustinianaeum in Germania nunquam rece-

II. Aduersus
suffragatori-
am sortem
LEOVS et: AN
IUSTINIANI.

L. 47. C. de
Episc.

Quod in ius
IUSTINIANEI
non sit usus in
Germania in
causis ecclesi-
asticis.

ceperimus. Partim, quod *canonici iuris* auctoritas in Germania uetustior sit, quam *Romani*: partim, quod per approbationem *ultimi primo* non sit derogatum: partim, quod Romana iura acceperimus in gratiam *cameræ imperialis*, sed exulant ibi causæ ecclesiasticæ. Neque est, quod regulam iuris sequamur *Brunnemannianam*, iure canonico standum in causâ, quæ agat de uitando peccato. Norum enim est, quod canones nobis fingant multoties uendantque peccata. Quæ nescit ciuis euangelicus, nisi ea intellexerit ex codice diuini.

III. matrem
fors habeat
IGNORANTIAM

Exemplis 1)
ueterioribus
Germaniæ.

2) regnorum
septentriona-
lium.

3) LL. Gothi-
carum.

4) papatus te-
nebricosi.

5) Themidis
sortilegæ me-
dii æui.

§. VI. Illud etiam uerum est, quod uulgi sermone dicamus: *ubi multum fortunæ, ibi parum datur sapientiæ*. Inde fieri putant, quod, quo secula & populi in maiori fuerint ignauia, eo etiam impensius adamauerint sortes earumque iudiciis maiorem tribuerint fidem. Inde historiae de *sortilegiis ueterum Germanorum* apud *Eliam SCHEDIUM*, *Philip. CLUVERUM*, *Esaiam PUFENDORFIUM*, *HACHENBERGIUM*, *PONTANVM*, *DATTIUM* aliosque: inde ueteris & hodiernæ Sueciæ, Norwagiæ, Lapponiæ, Finnländiæque sortilegia, descripta *WORMIIS*, *RVDBECKIO*, *VERELIO*, *SCHEFFERO*, *LOCENIO*, *BARTHOLINO* aliisque plurimis: inde paganorum in *Laponia* sortes, teste *XAVERIO* 3) *LL. Gothi-carum*. inde Gothicarum legum commendationes pro iudicio fortis apud *LINDENBROGIUM*, *HEROLDVM*, *FRESNEYM*: inde rusticantis & ab omni litterarum cultu remotæ ecclesiæ adeo celebres *sanctorum sortes*, quibus usi sunt non solum episcoporum electores, sed etiam ipsi episcopi in rebus dubiis, quas descripserunt enarraueruntque *FRESNEVS*, *PAPEBROCHIVS*, *MABILLONIVS*, *LINCKIUS* & qui sunt alii. Quid quod? eadem stupiditas fuerit incusanda, quare in medio æuo cum aliorum Europæ regnorum, tum Ger-

Germaniae iudices usu facti, non arte docti, quod in foro disceptatas a partibus causas nescirent respondere, sententias expectauerint a sortilegiis, utpote litigatori utrique imperatis *duellis, ignis & aquae* periculis similibusque stultitiae, stupiditatis, superstitionis, ignaviaeque atylis. Quorum historias enarrant HENELIVS, HACHENBERGIUS, BE-SOLDVS, WINCKELMANNVS, FRESNEVS, uir illustris THOMASIVS, PAVLINI, DATTIVS & glossatores Germani. Quod cum ita sit, omnino iusto forte magis religiosus est *observationum Halensium* auctor, qui *tom. 4. obseru. 13.* §. 29. pag. 302. 303. in uotis ponit optatisque, ut *sortis illa iudicia*, e foris laudabili instituto proscripta quondam, postliminii iure, in curias reducerentur. Verba illius sunt haec: *Saluae sumi SORTES christianae. Nec male a-geremus, si in iudicia nostra tum ciuilia, tum criminalia in-troduceremus SORTIS IUDICIUM. Ita enim melius decidi possent lites; melius indagari posset ueritas.* Stomachum mouent uiri, cetera doctissimi, argutiae. Quae mihi eodem pror-fus loco sunt ac tenebras malle, quam lucem; ignauiam, quam scientias; inertiam, quam artes; deliria som-niaque, quam rectam rationem eiusque prolem, ueritatem. Absit autem, ut in hoc *sortis* genere sint illae, quarum historiam dedimus *p. 4. 5.* superius. Non enim ibi quaestio, uter rectius senserit; sed quis inter recte senti-entes alteri debeat cedere. Quod cum neuter faceret, oportuit tollere discordia quodam compromisso *sortilegii.*

§. VII. Potest etiam *sacra fides* peccare in nimio: si scilicet sibi aliquid diuini promiserit ex re, unde nulla diuinitatis spes. Quod ubi fit, actus non *fidei* nomen meretur, sed superstitionis, nimietatis in religione. Hac igitur uirgula notant quoque auctores *suffragatoriam sortem*,
EXU-

autior tom. 4.
Obseru. Hal.
13. §. 29.

IV. Sortis ma-
ser SVPENSI-
116.

exulem ideo e republica ciuium christianorum. Sortes enim, in sacris litteris probatas, iustum habere dicunt diuinum. Inde forilegos esse potuisse certissimos, fore, ut DEVS adesset calculis, quos super rei aut iuris notitia mittere iussisset. Contra, ubi iustus ille desit, ibi absonum esse fidei quid tribuere caecae sortitioni. Ita fere ARAVIO, BARBOSA, BELLARMINVS, LESSIVS, S. CAROLVS; UAN ESPEN, alii. Verum haec tela iterum non ferunt causas nostras, p. 45. commemoratas. Quoniam illae in *luforio* sortis genere uersantur, non uero in *diuinatorio*, cuius hic mater habetur superstitio & sacrorum illa minietas.

V. LUDICRAE
sortis impro-
bitas.

§. VIII. Praeterea difficiliores plerumque sunt theologi in concedendis LVSORII SORTIBVS, quam in ipsis DIVINATORIIIS. Primas certe damnant execranturque DANAEVS, AMESIVS & VOLTIVS maxime *part. 3. select. disput. p. 1194. 1195. de abusus sortis*. Vbi uerba illius sententiamque dabimus summam. Sunt autem haec: *Controuersia est capitalis de sortium IUDICIIS, an illae sint in genere licitarum*. CORN. a LAPIDE, DELRIO, TOLETVS, imo & doctor Lutheranus BALDVIN. *lib. 4. c. 4. cas. consc. 10. probant aleae lusum chartarum temporis causa ferendi*. Quod etiam singulari libro tueretur GATTAKERVS, cui sua opposuit BALMFORDIVS. Nos damnamus sortes ludicras omnino. Rationes huius sententiae sunt primo auctoritates plerorumque theologorum: deinde quia irreuerentia sit, DEVM immiscere ludicris: porro suspicio adsit, *lufosores colere idolum fortunae*: praeterea *sortes in sacris omnes susceptae de rebus grauisimis: post comites ludorum sint rixae, inuidiae, blasphemiae, maledictiones*. Itaque ludicris sortibus abstinentium homini christiano, multo magis clerico aut sacerdoti. Quod uelit signate Nou. 123. Inde damnamus quoque publica auctoritate munitas sortes ludicras, uulgo Die Lotterien.

terien. Illorum scilicet populorum, qui multum habent phantasiae, tribuuntque fidem somniis, aenigmatibus & simulachris. Fuit is lucrandi modus olim Germaniae nostrae inauditus. Sed ante aliquot annos hoc genus sortilegii die Loterien in patria non minus instituimus, principio, suasu collegii sacerdotum, in gratiam pauperum aerarii der Armen-Cassen: mox in Saxonia ad ipsius principis rei-que publicae adaugendas opes, fidem dante sortilegis populo ordinibusque prouincialibus anno MDCCCXIII. In eadem anathematis opinione aduersus reipublicae sortilegia est etiam auctor *Hall. obseru. tom. 4. obs. XIII. S. 24. 25.* Qui tamen diuinatorias sanctorum sortes piis hominibus omnino commendat. Scilicet, ut in casibus dubiis illi supplices DEO fiant, quo ex calculorum iactu aut euolutione sacri codicis fortuita eiusque primum obuiam facto dicto diuinam discerent uoluntatem. Addit auctor, sermone se accepisse ab homine docto, qui, causa huius sortis, cum ante in luxu uixisset, redierit ad frugem. Verum enimuero uti prudens nemo causam uiderit, quare DEVS hominem malit erudire per inanium specie ualida simulachra & schemata, quam per propria eidem ratiocinia: ita malim egomet homini pio, de re ambigenti, preces commendare ad animum illustrandum lumine diuini, quam uota pro mysticis inuolucris. Quicquid sit, neque hoc genus sortis, *p. 45.* descriptae ideo licebit redarguere, quamuis sit lusorium. Reponimus enim ad Voetianas argutias, *primo*, esse quoque magnos illorum numeros, qui lusorias sortes tueantur: *deinde* suffragatorias sortes nihil habere inuerecundiae in DEVM: *post* fortunae uerbo uti christianos, nulla opinione alicuius idoli: *porro* momenti, fat grauis esse, sacri antistitis electionem: *demum* per

C

suffra-

VI. Suffragatoria
soriac sortis
aduersum IVS
DEVOLVTIO-
NIS.

suffragatoriam sortem non excitari lites, sed componi.
 §. IX. Verum non satis est, *suffragatoria sortilegia* habere a crimine immunia: sed etiam ordo requirit, ut illa quoque libereamus ab iniuria in SUPERIOREM, principem, episcopum, patronum, papam. Id scilicet uolunt aduersae sententiae adfectae: *sacro collegio inter eligendum uel cunctante nimum uel discordante, electionis facultatem*, qua illud ob moras aut lites sit destitutum, *deuolui ad superiorem, cuius tum sit, suo aliquem eligere aut nominare arbitrati*. Argunt de hoc IURE DEVOLVTIONIS uniuersim doctores ac canonum interpretes LEVRINVS in *for. benefic. part. 2. q. 737. Petr. de MYRGA de benef. eccles. quaest. III. §. 10. n. 480* & uir excellentiss. BOEHMERVS *lib. 1. iur. eccl. tit. 10.* ubi etiam §. 8. docetur, quod principes euangelici iure deuolutionis pariter utantur, si ultra *trimestre* spacium illi cunctati sint, penes quos pastoris uel *electio* est uel *nominatio*, quod dicit *cap. 41. X. de elect.* atque *cap. 3. X. de supplenda neglig. praetatorum*. Num uero, si capitulum *episcopatus euangelici* aut *abbatiae* in eligendo uel discordet uel cunctetur, eligendi iura ad imperatorem deuoluantur, quo ipse argumento impedit sacros collegas *Lubocensis episcopatus & abbatiae Quedlenburgensis* uirgines sacras: id quidem negarum iuit ex idoneis patriaeque peculiaribus argumentis *dn. praeses in dissert. de iure annatar. cap. 1. §. 5. lit. s. p. 22. 23.* Addimus nunc locum singularem ex *bulla IOANNIS XXII. an. 1333.* cuius uerba sunt haec: *Item uolumus, ut electio decani (in ecclesia Villae Nouae Auenionensi) ad capitulum perueniat ad III. menses a die notitiae obtin.* Quod si menses TRES lapsi fuerint *electio* deuoluatur ad *presbiteros*. Si uero neque *absoluerint electionem* intra spacium TRIMESTRE: deuoluetur *electio* ad *episcopum Auenionensem*. Extat diploma apud *Steph.*

Ipra deuolutionis *nomen* danda in S.R. I. IMPERATORIA ?

Steph. BALVIZIUM in collect. actor. veter. num. 82. p. 582. 583. Et memorabile exemplum de Friderico I. imperatore, quod ipse an. 1152. Magdeburgico capitulo discordante, archiepiscopum nominauerit, illud quidem habet OTTO FRISINGENSIS lib. 2. cap. 6. p. 449. Dabimus locum in margine (). Idque ideo, quoniam ista electio a Caesare instar potius *compromissi* uel *arbitrii*, quam *deuolutionis* facta esse uidentur. Non quidem, quod a clericorum electione laici fuerint exclusi *cap. 56. X. de elect. & dn. praef. de iure annatar. cap. 1. §. 5. litt. c. p. 21.* nam ex moribus mediæ aevi notum est, quod Germaniae quondam episcopos omnes constituerint nostri imperatores, usque dum, ad pontificis euitandam aemulationem, eligendi iura concessa sunt sacris collegis seu *canonicis*: uerum quoniam alii modi supersunt, animaduertendi in electorum moram & discordias, quam electionis, ista uice, quod dicunt, priuatione. Quidquid sit, negari tamen non potest, hodie ipsos euangelicos principes sacra collegia uel discordantia uel morastrahentia ultra spatium TRIMESTRE, punire solere iure electionis deuoluto.*

(*) Verba historici ad an. 1152. sunt haec: Circa idem tempus (an. 1152.) Magdeburgensis ecclesia, quae Saxoniae metropolis esse dicitur, pastore suo uiduata, ad electionem faciendam resedit. Dumque alii eiusdem ecclesiae praepositum Gerardum, alii decanum eligerent: diuisis hinc inde personis regem adhuc in Saxonia morantem, adire disponunt. Quos dum multis modis ad unitatem & uinculum pacis princeps reducere satageret, ac proficere non ualere alteri parti, id est, decano eum suis persuasit, ut Guicmannum Cicensem episcopum, uirum adhuc inuenem, sed nobilem eligerent: ei que accessit regalia eiusdem ecclesiae concessit. Tradit enim curia, & ab ecclesia, eo tempore, quo sub Henrico V. de inuestitura e-

piscoporum decisa fuit inter regnum & sacerdotum controuersia, sibi concessum autumant, quod obeuntibus episcopis, si forte in eligendo partes fiant, principis arbitrii esse episcopum quem uoluerit, ex primatum suorum consilio ponere: nec electum aliquem consecrandum, quam ab ipsius manu regalia per sceptrum suscipias. Haec tenus Frisingensis. Quo ipso facile ad intelligendum, quod anno iam 1152. in mores iuerit, ut *deuolutionis* iure uerentur imperatores. Unde suppleri possunt illa, quae de aetate eiusdem notauit uir excell. BOEHMER lib. 1. tit. 10. §. 1. quae tangit pontifices esseque dubium, num artem hanc didicerit pontifex a Caesare, an ultimus a primo.

¶

Deuolutionis
iura qui non
obstent sorti
suffragato-
riae?

Vt adeo *sortis usus* illud, non sine iniuria superiorum, uideatur impedire, interpellare & eludere. Verum enim uero, si, quod in *cap. IV.* dabimus probatum, *suffragatoriae sortis* nostrum genus est licitum, regula iuris tuebatur suffragatores, non facere alicui iniuriam, qui suo iure utatur *cap. 31. cum eccles. X. de elect.* Deinde causae *IVRIS DEVOLUTORII* sunt, ne uacua pastore sit ecclesia & gregem dilaniet hostis *can. 11. distinct. 50.* Verum id non fit, si intra tempus, electrici ecclesiae definitum, sortis usu pastor nominetur eligaturque. *Pest* ius deuolutionis est ius priuatorium a deoque inter genera poenarum. Sed hae infligi & decerni nequeunt, nisi ob admissum crimen, quo iterum caret fors suffragatoria. Tum neque deuolutorio iuri locus ante est, siue apud pontificios siue euangelicos, quam tempus, electoribus definitum, elapsum sit *cap. 3. X. de elect.* Verum non elabitur frustra tempus, quando sortis usu id agitur, ut ecclesia accipiat pastorem. Quapropter etiam *electrix ecclesia* tum argui non potest alicuius neglectus, qui tamen causa est deuolutiui iuris. Quoniam, ecclesia impedita, bellorum, turbarum, morborumque infortuniis, iuribus deuolutionis non est locus. *Practerea* neque discordantes haberi possunt electores, si id agunt, ut finis sit discordiarum usu sortitionis. *Ad extremum* cum leges poenales stricti iuris sint, ut nequeant a causa ad causam extendi ac proferri: iterum habebunt sortilegi, unde iura haec euitent priuatoria.

VII. Dissen-
sus multi sint
DOCTORVM.

Brunnemanni
praesertim.

§. X. Vltimum restant, quod nititur auctoritate non parui nominis iureconsultorum, qui *suffragatorias sortes* omnis generis improbant damnantque in sacrorum anti-stitum electionibus. Satis certe fidenter BRUNNEMANNVS *lib. 2. iuris eccles. cap. 18, §. 56. p. 707.* pronuntiat: *Sed neque*

que fors permitta in electionibus. Nam exemplum Matthiae est irregulare. Hocque adeo uerum, ut neque sorte eligere debeant aliquem ad beneficium ecclesiasticum. Nec si duo electi per paria uota. Qui casus nostri sunt, p. 4. s. recensiti. Et ideo, pergit, non tuta sententia BALDVINI lib. 4. conscient. c. 5. cas. 6. & CARPZONI lib. 1. def. 45. n. 7. inter plures praesentatos sortem admittentis inter aequales. Cum tamen lis a SUPERIORI (iure scilicet deuolutionis aut imperii simplicis) dirimi possit. Sane in redemptione, quod addit, subsestiorum templi admitti potest sortitio. Nemo nescit, quanta in ecclesiasticis iuribus auctoritas sit b. m. Brunnemanni. Qui uere est inter primos sacrorum puriorum iureconsultos, qui de emendando ecclesiastico iure fuerunt solliciti. Succinit igitur illi Henr. LINCK ad lib. 5. tit. 21. de sortileg. §. 5. p. 838. qui eodem utitur filo consecutionis: In ecclesiis consultatoriam sortem inter plures praesentatos donis ac uirtutibus aequales cum Balduino admittit Carpzonius: sed non tuta uidetur haec sententia. Cum incertum, an aequales & lis decidi possit a superiori. Quae uerba eadem Brunnemanni sunt, de quo tamen silet Linckius. De ipsis PONTIFICIIS theologis & iureconsultis Gaberr. VOETIUS disput. select. part. 3. pag. 1200. licet ipse sentiat nobiscum, ita scribit: An in distributione munerum ecclesiasticorum fors locum habeat, quaeritur. Negant omnes canonicae & casuisticae pontificii cum Thoma & sortium usum ad negotia restringunt temporalia. Idque propter ius canonicum, a quo hoc absolute prohibitum putant. Barbare satis hic scribit Voetius, quod cultori Belgio fere indignum. Res ipsa clara est, quod pontificii doctores sortis iudicia in electionibus antistitum improbant. Ita SANCHEZ lib. 2. summae cap. 38. ita CASTRA PALAO tractat. 17. disp. 1. punct. 6. n. 6. ita GIBALLINVS de negot. cap. 9. art. 9. quorum

Henr. LINCK

Idi pontificii

ales.

rum uerba dabimus fide TELLEZII ad lib. 5. decretal. tit. 22. n. 8. p. 391. quae sunt haec: *Qui negant usam fortis in ecclesia, hac ratione mouentur. Quia in suffragiis aequalibus nondum tamen existat electio, quam diu uota sint aequalia. Si igitur uota aequalia submittantur sorti, ipsa electio fiet per sortem. Neque dici potest, quod utriusque candidati digni sint. Quia, ubi dissentit capitulum, ibi non decernit. Quod ultimum fit, si maior ita uelit pars. Quare rectius eo casu cogere poterit superior capitulum, ut intra certum tempus conueniant suffragatores, nisi uelint, superiorem iure suo uti deuolutionis. Licet, quod addit Tellez, alicubi receptum sit consuetudine, ut praebenda sortiatur. Verum enim uero primum doctores opponemus doctoribus in capite IV. ut adeo nullum in eorundem numeris esse queat praesidium. Deinde b. m. Brunnemannus, uir pius, cum hic, tum in aliis causis quam plurimis quadam nimietate peccat religionis neque alicubi multum abest a superstitione. Quaeso enim quis decimas hodie inter iura referret diuina moralia, cum manifestum sit, decimas Leuitis ideo solutas fuisse, quoniam terra sacra undecim stirpibus adsignata fuit uniuersa, nulla eius portione relicta stirpi duodecimae Leuitarum. Ut adeo nihil haberet iniqui, undecim stirpes obligari ad alimenta, eorundemque loco, ad decimas soluendas duodecimae exsorti. Verum nihilominus sermone accepi aliorum, quod Brunnemannus crediderit, se etiam nunc ex conscientiae rationibus obligatum fore ad decimas. Quas ideo ex omnibus bonis reductibusque suis praestiterit. Cum tamen quilibet uideat, clericos hodie & ipsos patrimoniis gaudere neque eorum numeros decimam referre hominum partem. De regula iuris Brunneanniana circa peccatum uitandum, egimus supra p.*

Qui confu-
tariunt.

De decimis
cursum.

14. Verum uti danda est uenia alias uiro, tot in iurispudentiam meritis illustri: ita tamen eandem uix ille meretur in hoc loco. Quod reſtiora ſentientes notaue- rit uirgula ſat graui ab iisque diſceſſerit praeter cauſam.

TELLEZIANA autem dubia roboris habent parum aut ni- Respondetur
hil, *Primo* enim non quaeritur, utrum in caſibus *p. 4. 5.* TELLEZIANIS.
propoſitis electio fiat per ſortem: ſed utrum ita fiat licite & integre. *Deinde* fruſtra ille dubitat, *duos* ſimul candi- datos ſacro munere eſſe poſſe digniſſimos. *Post* ait, ſi dubitet aut diſſentiat capitulum, dici non poſſe, quod de- cernat. Sed luditur hic ſophiſmate capituli, quod uel ſenſu accipitur *colleſtino* uel *distributivo*. Vltimum profe- cto decernere poteſt, quamuis dubitetur in primo. Quod cum ita ſit, fruſtra ſunt minae, ſparſae ex penu iurium ſuperioris ſub finem.

§. XI. Ad extremum addo ſuffragatoriae ſortis peſſi- VIII. ABVSVS
mos ABVSVS, ob quos illa omnino uideretur tolli poſſe ar- Suffragatoriae
que ex eccleſia proſcribi. Non ſingo caſum, ſed, quem ſortis in opini-
nuper ſermone accepi, illum bona fide recenſeo. Scili- one ſacerdo-
cet fuerunt in uicina marchia Br. quinque patroni eccle- um.
ſiae eiusdem. Ne igitur inter illos eſſent diſſenſiones in eligendo nouo paſtore, uſi ſunt & ipſi iudicio ſortis. Poſt enim quam in mores, uitam, litteras induſtriamque ali- quot candidatorum inquiſuerunt, eorumque nonnulli ad id delecti ſunt, ut ſortis iudicium ſubirent: illi demum ſacram ſpartam detulerunt, quem uocauerat ſortitio. Verum paſtorem nouiſſimum huius generis electio adeo tumidum ac turgidum reddidit, ut ſubinde in ore haberet, ſe, inſtar Matthiae apoſtoli, uocatum eſſe nutu ſortis uere diuino. Ne latum unquam ideo cedere uoluit patronis, quod non ab hominibus, ſed diuine factus fuiſſet ſacer antiſtes.

tistes. Quae etiam causa fuit, quare illi post mortem hominis insolentis migrauerint mores atque, fortis usu reiecto, successorem illius elegerint per scrutinium lationemque suorum suffragiorum. Verum enim uero uti abusus, in homine praesertim uesano, de rei dignitate nihil detrahit quicquam: ita tamen redargui facile posset adrogantia sorte electi antistitis, si ille ex *cap. 2. §. 2. p. 6.* explicari discriminis inter *diuinatoriam lusoriamque* sortem admoneretur dicereturque, primum genus fortis, decretis sanctorum ecclesiae patrum doctorumque, ex ecclesia proscripsum, *alterumque* tantummodo superesse. Cuius cogitatione demittet aut certe non eriget tolletque cristas sorte delectus antistes.

CAP. IV.
PRO SORTE SVFFRAGATORIA
ARGVMENTA.

§. 1.

NEVS dicens
dorum cum
prioribus.

Confutatis iureconsultorum argumentis, quibus suffragatoriam illi sortem impetere solent, his haec poterat iam haberi pro confecta. Si enim nihil offendimus in sacra atque ciuili iurisprudencia, quod huic fortis generi potest opponi, erit omnino integer illius usus. Verum, quoniam sensus hominum iura doctorum ea in re aliquantum diuersi sint, quod *capite III.* intelleximus; instituiimus non solum refellere aliena, sed etiam nostra tueri idque opera singulari.

PRO suffragatoria sorte das
Priester-Los
ARGVMENTA
D) ab ETYMO
fortis.

§. II. Principio fortis **VERBUM** habet, quod suffragatoriam commendat. Neque mirum. Cum etyma uerborum, iuris praesertim, ipsas rerum origines causasque nobis

nobis aperiant, uetustatis etiam aerugine sepultas. Non legi inter tot auctores, qui *sortis* uerbi diuinauerit notationem. Meo iudicio ors uetustiori Latio idem fuit, quod *arca* (*). Sorti ergo uox tum innocua. Quoniam id uult, quod *ex arca extrahitur*. Veteres certe hoc ritu peregrisse sortilegia, ut *globuli, in urnam uel arcam immissi*, uel ab ipsis sortilegis uel, nomine iussuque eorundem, ab aliis extraherentur, eo quidem fine, ut, qui ante uel dubii fuerant uel etiam controuersi, ex isto ordine fidem atque legem acciperent instar Romani dictatoris aut sententiae latae per iudices ex compromisso constitutos, illisque omnino acquiescerent. Finem itaque discordiarum atque dissensuum numeris attulit fors, sine ulla superstitionis laeue aut friuola opinione consulae diuinitatis. Quod ultimum quando euenit, illud quidem sortis tribui potuerat abusu, genuinis sortium originibus haud dubie aduerso. Neque enim fieri potuisse credimus, sorti plus diuinitatis adfuisse, quam globulis tumidae cistellae. Quod

(*) Liceat in re obscura nisi coniecturis. Veteres *arcam* dixisse *ors* fidem faciunt quam plurima. Hoc uerbo *arcam* uel *cistam* significant *Aegyptii*, testibus KIRCHERO in *prodromo Aegypti*, testibus SUPPL. c. 6. p. 589. Cuius litterae, manu eius ad Daniae regem, de clauo omnibus linguis communi, exaratae adferuantur MScTAB in dn. praefidis museo. Consentit SPENCERVS lib. 3. c. 8. *scilicet* 2. p. 117. binis uerbis: *Sors Aegypti est arca*. Inde etiam Germanis cum comite pronomine *Dresor* pariter significat *cistam*. Quorsum forte pertinet quoque uocula *ursi*. Quasi *cista* locus sit bene custoditus & dispositus respondeatque ultimum Latinae uoci ordo. Romanis certe ea propter *ors*, *orus* dici-

tur, quia primitiuum *ors* fuit quondam. Inde hodieque *seors* uel *seorsum*, quasi loco seiunctum & separatim. Quando se particula haud dubie est *seimilitia*. Habes igitur *sors* uerbum, quasi ex *arca*, *ors*, *orco*, *orco* extractum quid seiunctumque, id est lectos sorte globulos. Quod etiam uult res ipsa. Nam *urna* passim ueniunt auctores Latini pro *sortitione*. Sic VIRGILIUS lib. 6. *Aeneid. uers. 117. stat duellis sortibus urna*, atque HORATIUS lib. 2. *oda 3. omnium eodem cogimur, omnium uersatur urna; serius, ocyus sors exiura*. Alia loca habet NEPESIUS in *satidicis* lib. 2. c. 29. p. 529. Vnde nouum filum ad argutias: cum *cista arca, urna* uocem *ors* siue *sors* esse eandem.

D

sortis

fortis genus utique conuenit exemplo, superius p. 4. 5. proposito. Cuius gratia instituta mihi disputatio.

1) a fortis
su in CODICE
DIVINIORI.

§. III. Sed parum forte esset, arguere ex NOMINVM syllabarumque ORIGINIBVS, nisi & alia fauerent forti LV-SORIAE. Scilicet princeps ratio hic habenda CODICI DIVINIORI. Quamuis enim in illo exempla sint plura fortis DIVINATORIAE: non minus tamen LV-SORIAS fortes offendimus ibi sine uirgula censoria aut cum aliqua reprehensione. Equidem non nego, quoties DEVS imperauerit usum fortis, toties hanc eundem quoque sigillatim rexisse. Verum, si fas est, imperii diuini in tortilegijs adhibendis causas adsequi, nostras de iis aperiemus coniecturas. Scilicet cum uerbo aut uoluntate agere, posset aperta ac manifesta, ire uoluit per fortis inuolucra. Idque in negotijs, quorum auctor maluit esse, quam uideri: corruptorum animorum ergo, qui audent in fortunis uel parum secundis uel aliorum mensurae inaequalibus, ipsum coelum incusare & euomere in auctorem rerum odii inuidiaeque scelestum uirus. Cauere haec peccata uoluit optimum numen. Atque hoc sine fortibus uti iussit, ne alias euentorum causas quaerent miseri mortales, quam caecos fortuitosque iactus & casus, id est sua facta incusarent, non aliena. Docebo rem unico exemplo. Iussit Deus TERRAM SANCTAM diuidere quidem in partes & quo maior quaeque familia esset, eo etiam maiorem adsignare cuique portionem, quod fieri poterat absque odio aut inuidia diuisoris. Verum loca ipsa distribui uoluit non nisi iudicio fortis, ne iram Dei prouocarent homines ingrati, essentque forte, qui spe & cupiditate sua, quam in alia atque alia loca habuerant, destituti, murmurarent, despicerent portiones suas aliasque inuidis oculis intuerentur.

Sibi

NUM 26. u. 55.
cap. 33. u. 54.
IOSVAS c. 14.
uerf. 2.

Sibi ideo uoluit, ut tribuerent, qualia loca acceperant, iudicioque liberae fortis. Addere possem alia hoc fine, ut intelligatur, euitandorum dissensuum remedia fortis uoluntati numinis nihil esse aduersa, licet opinio absit fortilego diuinitatis. Quid in electione regis Israelitarum. Nolu-
 I SAMUEL cap. 7. §. 9. 10.
 luit DEVS regem, recusauit dare imo & improbauit populi haec desideria. Tandem importunis precibus annuit iratus. Sed regis futuri quod nomen? Adpellare regem potuisset DEVS uir Mosen & Aaronem. Nolu-
 I SAM. C. 10. u. 19.
 it uisum imperauit electusque fuit Saul per Samuelis sortilegia. Quaeso autem quo fine? cum, iussu DEI, ante iam in regem unctus fuisset Saul, quam fieret sortitio I. SAM. C. 9. §. 20. cap. 10. §. 1. Quantum ego coniector, non alio, quam illo, qui colligi debet ex I. SAM. cap. 8. §. 7. II. 12. cap. 10. §. 19. Scilicet credidere Israelitae regalem electionem factam, non DEI nutu, uerum iactu SORTIS luforio I. SAM. cap. 10. §. 27. Sed haec sufficiant ad regulam iuris: *deum sortis usum imperauisse in causis, quarum auctor noluit esse manifestus* idque ex consultissima ratione. Alia loca sacri codicis tangimus cursim. LEUIT. XVI, 8. ubi fortitio de hircis duobus. Quorum unus DOMINO facer, alter azazeli, deserto aut incolae illius, quod SPENCER credit lib. 3. cap. 10. diss. 8. sect. 2. p. 1489. malo daemone. Proditus est porro sorte peccator Achan IOSVAE VII, 14. Imo rector fortis uniuersum dicitur DEVS in PROVERB. XVI. u. 33. Eadem sortis urna usus est Dauid, in electione sacrorum antistitum, ne partium studii alicuius posset incusari a maleuolis I. PARALIP. XXV. u. 5. 7. Ionas fortis usu mari submerfus IONAE cap. I. u. 7. Vnde filium consecutionis ad suspectos criminum exponendos *ignis, aquae, duellorum, ueneno.* Proben.

nenorum, potus aut cibi aliis periculis. De quibus singularia prorsus sunt, quae habet *uir illustris*, THOMASIVS in *differt. de occasione Constitut. Criminalis* §. 18. & quae sequuntur. Vbi multa produntur huius iuris anecdota, artes, stratagemata mystarum, cetera. Quorum etiam referre solent exemplum Ionathanis, sorte proditi, quod edisset edere prohibitum *1. SAM. XIV. 42. 43.* qui & ipse usus est fortis quodam genere diuinatorio aduersus Philistaeos *2. SAM. XIV. uers. 8. 9.* Prolixior essem in enarrandis diuinationibus V. T. exemplis, nisi hanc provinciam illi iam occupauissent, quorum nomina a nobis *p. 6. §. 3. & p. 14. §. 6. p. 16. §. 7.* sunt laudata. Quibus addi possunt *Petr. RAVANELIVS in biblioth. sacra in uerbo fors. Ioan. MALDERVS in uirtutib. theolog. tract. 10. c. 7. p. 761. Rainer. de PISIS in pantheolog. part. 3. tit. 16. de sorte.*

§. III. Illud autem in primis facit ad nostri generis, *p. 18. §. 4. §.* descripsi, defendendam ex sacro codice sortem. Quod uir diuinus habet, ex usuque rerum humanarum pragmatico aperit, his quidem uerbis: *SORS FINIS DISSIDII ETIAM INTER PARTES PRAEPOTESTES.* Id uult inter mortales sapientissimus, cum diuersis homines agantur studiis feranturque sensibus de aequo iniquo diuersis, ad quae discrimina accedat post pertinacia & obstinatio, qua uincere cupiat uterque, uinci ac cedere uelit neuter: non aliam exitum hoc gurgite emergendi uiam esse; quam, ut ambo iudicem eligant, aleae iactum, id est, positae sortis euentum: Siue regimen sortis in uolubili casu posuerint siue in fatali, ex omni aeternitate desinita, necessitate siue in causa numinis sigillatim prouidentis. Quam enim multiplices etiam hic sint hominum opiniones: in eo tamen omnes conuenire, quod fortis iudi-

Sigillatim de
loco admo-
dum illustri
PROVERB. C.
28. 5. 18.

iudicio, semel electo, sit standum & acquiescendum. Atque hoc idem illud *fortilegit est compromissum* p. 15. quorsum causae nostrae pertinent, p. 45. a nobis recensitae.

§. IV. In noui foederis codice laudant *fortis exempla* duo. In primo uersatur electio apostoli Matthiae, quam fortilegitio describit LUCAS in actis cap. 1. u. 23, 24, 25, 26. Verum pertinet hoc forte ad *diuinatoriam* fortem adeoque a nobis facile posset in hoc instituto omitti. Si tamen dicere debeo, quod res est, Matthiae exemplum nostris causis, p. 45. in medium prolatis, respondet ex asse. Principio enim electores, liceat uerbis uti in ecclesia natis, non sine discrimine quosuis admiserunt sacrae huius spartae candidatos, uerum ex numero magno nominarunt duos, *Iosephum*, Iacobi minoris plurimumque apostolorum fratrem, coniectura Ligthfootiana, & *Matthiam*, viros haud dubie uirtute, iudicio cerre eligentium, pares. Neque enim est credibile, si fuissent dispares, coetum eligentem utrosque simul eodem fortis loco habuisse. Vnde frustra est iuris canonici oppositio fortis usum negligere examen meritorum. Deinde cum inter pares electio sit haud dubie difficilis, imò inter suffragia plurium tum non possint non suboriri discrimina & aemulationes: apostolici electores non temere accellerunt ad fortitionem, sed ex causa urgentissima ad euitandum studia & differentias. Quod cum ita sit, neque Brunemannio adsentior p. 21. neque *can. 2. C. 26 q. 2. supra p. 12.* laudato, quod Apostolici electores hic priuilegio usi sint legis in se prohibitiuae. Ut potius firmiter credam, ecclesias christianas ex illo exemplo habere hanc legem: *quos duo candidati, iudicio suffragatorum sint meritis aequales, tum non diuersis studiis mutuum contendendum, sed rem forti committerendam esse suffragatoriae.*

In N. T. suffragatoriae fortis exempla

ob intelligit
omni uol
suffragator
p. 21. 22.

Id quod a nobis fuerat demonstrandum. Ceterum nihil ad rem facit, qua electores apostoli hic usi sint sortis materia, lignis, lapillis, papyro, membrana; porro num talia extraxerint ex cistula, urna, casside, mitra. In quibus tamen interpretes sunt occupati Beza, Schmidius. Vtilior Ioan. CHRYSOSTOMVS, cuius sententiam de hac fortis electione ex homilia 3. ad cap. 1. Actor. meis quidem uerbis hic adponam: *Duos prouocarunt ad sortem, cur non plures? Ne ex multitudine turbac: ne facta esse uideretur prouocatio sine examine meritorum. Sed quo sine adhibita sors? Quia aliis oculis Deus uidet, aliis homines. Vturi in externis occupantur, primus solum mentis est cognitor. Vltimis sufficit bonum habere in praesenti, Deus etiam in consilium adhibet futura. Bonus esse quis potest sibi, sed etiam aliis prodesse oportet antisitum. Probat hunc coetus unus; alter nauiscat eum. Sed olim quis sciuerit? quem demum antistes populum sit docturus. Tandem unde spes tam magna apostolis in iudicio sortis? Id erat. Rexit Deus Ionaе sortilegos improbos & paganos: quidni rexerit sortitiones piorum? Vtinam, Graeca uerba dare potuissim, id est, ipsius scriptoris miram facundiam & diuinam *πρόνοια*. Alterum sortis genus in N. T. est dubium habetque leues coniecturas. Ipsos enim diaconos sorte electos esse, autumant cum Stephano *ACTOR. cap. VI. uers. 5.* Verum silet de hoc ritu ibi Lucas. Neque idem de Zacharia is repetit, ut adeo etiam huius sacerdotium, *LUC. cap. 1. uers. 9.* descriptum, frustra habeatur pro sortilego.*

§. V. A codice diuiniore, suffragatoriae forti amico, ad sacra decreta pergo pontificum Romanorum. E quidem *cap. 3. §. 1. 2. 3.* iam ostendi, nostro tortis generi neque illa esse aduersa. Verum nobis id satis non est, quod aliqua etiam commendent suffragatoriam sortem, tantum abest,

ACTORUM c. 6.
u. 5.

Lucaec. 1.
u. 9.

III. Pro suffragatoria sorte
IVS CANONICVM.

abeſt, ut improbent eam ac refellant. Quid quaefo? noſtrae arenae eſſe poteſt commendatius, quam canon 4. C. ^{can. 4.} C. 26. 26. qu. 2. his uerbis ſcriptis: Non exemplo Matthiae & Ioniae ^{qu. 2.} ſortibus indifferenter eſt credendum. Si qui tamen, neceſſitate aliqua compulſi, Deum petant ſortibus eſſe conſulendum: uideant, hoc apoſtolos non niſi collecto coetu & precibus ad Deum ſuis egiſſe. Verba haec Beda tribuit Hieronymo. Nobis ſufficit eius iudicio fortes probari, quicquid ſit de ſortis genere. Eodem iudicio utitur Auguſtinus in can. 1. C. ^{can. 1.} C. 26. 26. q. 2. ubi ait: Sors non aliquid mali eſt: ſed res in dubita- ^{q. 2.} tione humana, diuinam indicans uoluntatem. Imo can. 3. C. 26. q. 2. dolet tantum ſortes fieri in negotiis ſecularibus, cum adhiberi deberent tantum in cauſis diuinis. Praeterea, hoc etiam ipſo, quod can. 6. 7. 9. C. 26. q. 3. temere tantum at- ^{can. 6. 7. 9.} que de rebus leuioribus factas ſortes improbant; conce- ^{C. 26. q. 3.} dere & largiri uidentur neceſſariae ſortis in eccleſia uſus. Ab his ergo moribus ex eo demum tempore abhorrue- runt eccleſiae, ex quo Honoriano capitulo cap. 3. §. 2. p. 9. 10. 11. locum fecere iuſto ampliorem.

§. VI. Mouemus pedem ad inſtituta Romanorum, ^{IV. Pro ſef.} quibus uariae pro ſortibus leges, quae noſtrae cauſae o- ^{fragatoria} minino poſſunt prodeſſe. Principio l. 3. C. Commun. de Legat. ^{ſortis LL. RO-} cauſas p. 4. 5. enarratas, claris uerbis reſpondet uultque, ^{MANAR.} ut omnes caſus, in quibus paria ſunt partium iura, neutraque alteri uelit loco cedere, per optiones finirentur uſu ſortis. Verba legis ſunt haec: Si pluribus relictus ſeruus, et quili- ^{L. 3. C. Com-} bet eorum hunc uelit habere & reliquis ſatisfacere aliunde; ^{mun. Legat.} ſancimus in omnibus huiusmodi caſibus rei iudicem FORTVNAM eſſe & SORTEM inter altercantes adhibendam. Et quem ſors praetulerit, ille elogat ſeruum ceterisque ſatisfaciat pretio. Neque huic legi aliquid adſingere licet paganifimi: quoniam aucto-

auctorem habet Iustinianum principem christianum. Idem repetitur §. 23. *Instit. de legat.* Vbi digna sunt, quae interpres habet Theophilus, secundum *νεστω υδης* faciendum & quem fors honorauerit. Porro, si dubitetur, apud quem inter plures eiusdem rei consortes illa debeat deponi, SORTIS usu uti eos oportere, dicit *l. si quae §. ff. famil. herc.* Praeterea in *diuidenda* hereditate sortem diuisoriam commendat imperator in *l. 2. Meminimus pr. C. Quando §. quibus quarta pars debetur.* Quamuis enim haec lex uersetur in casu singulari, diuisione scilicet bonorum a decurionibus relictorum: filum tamen consecutionis merito necunt ad cuiusuis generis diuidenda bona hereditatis, quae nequunt diuelli. Post *sortis* etiam usum commendant iura Romana in *ordine iudiciorum*, qui nam primo causam debeant dicere, qui nam deinceps. Quorsum facit *l. 14. ff. de iudiciis.* Imo inter ipsas causas diuersas, quaenam primo loco proponenda, quaenam altero ac tertio, quod saepius disputatum in imperialibus comitiis, cum sibi huius ordinis leges uindicaerit adhuc rector Moguntinus, hoc sortis remedio liceret uti. Demum si manumittendi serui, seruorum non indicatis nominibus, tum *sortis usum* rursus commendat *l. 24. Generaliter §. 17. ff. de fideicommissis libertatibus*, addita causa admodum memorabili, ne praetor, in nominando eligendoque seruos, aliquam ambitionis uel gratiae subeat suspicionem. Ad extremum est quoque *sortis* casus singularis in *Nouell. 162. cap. 3.* ubi in liberorum diuisione duorum, uter ex illis matri, uter patri cedere debeat, pariter commendatur ab imperatore fortilegium. Vti autem *sortiri* uerbum est inter homonyma, notatque etiam *naucisci*: ita frustra est *Edo NEVHSIUS lib. 2. de diuinat. c. 29. p. 525.* pro sortis usu laudando *l. 8. C. de iudicis.*

§. 23. Instit. de legat.

L. 5 ff famil. hercisc.

L. 2. C. de bonis Decurion.

l. 14. ff. de iudiciis.

l. 24. § 17. ff. de fideicommissis libertatibus.

Nou. 162. cap. 3.

Notarius Neuhofius in l. 8. C. de Iud.

laeis. Nam ibi *fortiri* iudicem, idem est, quam *nascisci*, non uero eligere per fortem. Quamuis cetera ex aliis probae notae auctoribus constet, Romanos partibus multoties dedisse, ut sibi ac suae causae ex pluribus iudicibus unum eligerent usu *fortis*. Quod mirum non est, cum Romani oratores, historici, poetae etiam illud dicant, in Latii republica ad eludenda ambitus crimina periculaque inuidiae tam *sacerdotes*, quam *magistratus* ciuiles, inprimis *provinciarum praesides* fortis iudicio delectos fuisse. Verum enimvero dices forte, quorsum faciant haec in nostro argumento, quod sit iuris ecclesiastici? Praesertim cum superius cap. 3. §. 5. p. 13. 14. iam dederimus, iuri ciuili in causis ecclesiasticis nullum esse usum in Germania. Repono, esse inter iura ob *vim rationis* uel *auctoritatis* obligantia magnum multumque discrimen. Deinde cum hic canones non *dissentiant* a lege; sed cum illa amice *conspirent*: rem ipsam, nostra fortis genera, etiam in ecclesiis redderet firmiora magisque luculenta. Tandem uti possessorii iura sunt eadem in causis ciuilibus, quam in ecclesiasticis, quia non *rem* tangunt, sed rei *modum*: ita etiam fortis usus non instruit hic sacras electiones, sed instructas finit soluitque nodum cetera inextricabilem.

§. VII. Sequitur IUS NATURALE, cui certe in causis ecclesiasticis, ubi neque definiunt aliquid diuinae, neque hierarchicae leges, est locus omnino faciendus. Philosophia est haec. Est aliquid (*quorsum casus pertinent p. 4. §. descripti*), in quod plures eadem prorsus iura habent, adpetunt illud omnes, sed neque *diuidi* hoc potest neque in *communem* aut usum *alternum* deduci. Iudex certe rem uni assignando praeter causam, ceteris faciet iniuriam, infliget contemptum & iustam aduersus se excitabit indi-

E

gna-

VSUS huius
legum in iure
ECCLESIASTI-
CO.

V. Pro suffra-
gatoria forte
LEX NATURAE.

gnationem. Est igitur tum locus faciendus sorti, ubi cessant ultimorum incommodorum querelae. Ita fere arguit *Thomas* HOBBEIVS (*). Cuius sententiam, additis rationibus luculentis, tuetur PUFENDORFIVS (**). Ex iisdem causis Hugo GROTIIVS (†) etiam sortis usum commendauit principibus, siquidem causae eorundem iuris essent tantopere ambigui, ut eadem omnibus iura esse uiderentur, eademque iniuriae. Sortis enim calculos praestare tum credidit, quam globulos ignitos & inflammatos. Neque certo aliud quid merentur p. 45. propositi casus. Si enim princeps ecclesiasticos electores priuare uoluisset iure eligendi: poenam illis ante irrogauisset, quam aduisset delictum aut crimen. Si uero alterutrius electioni consensisset: tum partis alterius non euitasset offensionem indignationemque.

¶ T. Pro suffra-
gatoria sorte
INSTITUTA
GERMANIAE
VETUSTIORIS.

Quae proban-
tur 1) in le-
gum paucita-
te.

§. VIII. Non igitur, si pro sorte naturae quaedam uox est, in errore fuerunt GERMANI VETERES, quod ad res quam plurimas usi fuerint *sortilegiis* idque frequentius, quam populi cultiores. Repeto iuris regulam Pufendorffianam: *ubi in iure deficit ars, ibi incipit fors*. Cum enim Germaniae populo, armis militiae addicto, leges essent nonnisi paucissimae: inde casu eo saepius ambigui & inenodabiles. Noli mirari. Vnius certe diei spatio difficile

(*) Verba eius de ciue cap. 3. §. 17. sunt haec: *Quod neque diuidi potest neque communiter neque uicisitudinaria lege haberi, illud iure naturali adiuatur aui non nisi per sortem. Nam hic aequalitas est spectanda, alia autem non praeter sortem potest inueniri.*

(**) Ita fere loquitur lib. 3. c. 2. §. 5. p. 347. *Nam in eiusmodi casibus (ubi iura aequalia, neque tamen locus uel communitati uel diuisioni uel uicibus alternis)*

commodius remedium non inuenitur quam sortis. Quippe quae opinionem contemptus remouet, Eui non fauet, de dignatione nihil detrahit. Et paulo post idem: *sorti res committitur, quae regi non potest arte. Nam fors, respectu hominum, a mero casu & sorte fortuna dependet.*

(†) Locis certe aliquot imprimis autem lib. 2. c. 23. §. 9. ubi prouocat ad Chrylostomi sententiam de fortuna & Augustinum de doctrina christiana.

NON

non esset, centum casus dare, de quorum iustitia hodieque disputarem, idque eodem instituto in utramque partem, aeternum forte, nisi in legibus positivis illos habere-
mus clare decisos. Sortis itaque raritas legum est multi-
tudo. Praeterea quis vitio verteret nostris maioribus, ab
ingenii animique cultu multum alienis, si illis in plurimum,
philosophis forte non inexplicabilium, causarum litigiis
haesit aqua, ut argumenta utriusque partis ualoris ac
roboris esse crederent unius eiusdemque. In qua iuris
& aequi ambiguitate iudices, minimum Germanici, sententias ferre non potuerunt: ne partium studio,
irae, odii, amoris, indulgentiae stimulis peccarent, neque
tum iura *causis*, sed *personis* tribuerent, cum manifesto &
cuius societati horrendo crimine *προσωποληψίας*. Atque
hoc intuitu, non alio, quem p. 15. damnauimus, dicere &
scribere audeo, uerustioris & parum cultae Germaniae
ordalitas (*), *duella*, *ignis*, *aquae*, *uenenorum*, similiaque pe-
ricula, intuitu populi fortilegi, optimo iure referri posse
ad *iurisprudentiam naturalem*. Auctores, qui hos Germa-
norum ritus describunt, supra p. 14. 15. allegauimus. Quor-
sum etiam suo iudicio respicit haud dubie GROTIUS *lib. 2. c.*
23. §. 10. quamuis telae sit breuioris. In eo tamen nemo,
nisi superstitioni addictus plusquam anili, laudabit Germa-
nos, quod lapsi sint fortis generibus. Rectius illorum

²⁾ moribus po-
puli incultis.

(*) Neque dubito *ordaltarum*, quas hodie Orshel uel Urshel dicimus, notationem esse ab ipsis *fortilegiis*. In ple-
risque enim causis Germanos, stupidos & barbaros, consulere oportuit *globu-
lorum* aut *bacillorum cistam* siue ex orco, ore, ort extrahere aut haurire (unde iudicibus Germanicis uerbum *Echypfen*)
fortis signacula. Ad easdem litteras,

ui de Aegyptiis supra p. 25. uidimus, ita etiam Hebraicum *phar*, *phor*, *gor*, *goral*, quibus uocabulis *sortem* notant, uidetur hac inclinare. De quibus Buxtorf *synagog. c. 24.* Schikart de festo Phvrim *Saldens in otio iheolog. lib. 3. exerc. 1. p. 444. 445.* Meine *obseru. 1079* qui etiam plura habent de *fortilegiis* Hebraeorum.

E 2

E 2

maiores, qui, teste TACITO, fortis pericula fecere in *bacillis*, instar uirgae Aaronis, in *globulis*, in *calculis*, in *lapillis*, *hastis*, *armis* eorumque casu & iactu. Qui enim partibus, in iure constitutis aequali, fortis usum commendare uult: illum uti oportet fortilegii signaculis, utriusque etiam aequalibus. Quod minus fit in duellis, ob inaequales dimicantium uires, artes, corpora animosque. Idem de fiderandum in aquae, ignis, uenenorum periculis. Ex vna enim parte stat *natura*, quae mergit, suffocat, urit, laedit, perditque: ex ALTERA spes incerta futuri *portenti*. Illud uerum est, cum Germaniae uiuere liceat moribus & consuetudinibus ueterrimis hodieque: filum confecutionis esse necquicquam infirmum, *fortilegii*, nihil uitii habentibus, poni non posse obicem, ne in ipsis quidem ecclesiis.

¶ VII. Pro suffragatoria sorte ANTIQVA ECCLESIA.

1) Clericis sorte adpellatio.

Anno 1300.

§. IX. Quemadmodum in iure ecclesiastico multum debere solemus uetustioris ecclesiae institutis, cum fere illa ruerit semper in deteriora: sic quoque interest scire, quid illa senserit feceritque in suffragatoria sorte. Loca *Augustini*, *Hieronymi*, *Chrysostomi* superius audiuius, suffragatoriae sorti consentientia. Verum & alia supersunt non leuia ex sacra antiquitate pro suffragatoriis sortibus in ecclesiis argumenta. *Principio* illud offendit plurimos, quod ecclesiastici electores tantopere a sorte abhorreant, cum tamen antistites sacri adeo ἀκλήρω adpellati sint κληρωμοί, quoniam *sortitionis* usu ad sacram sparam sint deleti, instar *Matthiae*. Clare PACHYMERES *ad cap. 5. Dionysii Areopag.* de eccles. hierarchia p. 327. Ἐγὼ λέγω, συμβολὸν τι ἐξ ἀποκαλύψεως ἢ ἐνεργήματος τὸ παναγίον πνεύματος πίπτον ἐπὶ τὸν κληρωμένον, ὃ κληρὸς ἦν. Ego dico, fuisse sortem signum aliquod reuelationis uel adulationis sanctissimi Spiritus, quod cadebat super eum, qui;

qui in clerum cooptabatur. Luculenter magis ISIDORVS lib. Anno 600.
 2. de offic. eccles. cap. 1. CLERICOS adpellatos doctores nostrae di-
 cunt, quia Matthias SORTE electus sit. Sic & omnes, quos illis ^{2) suffragato-}
 temporibus ecclesiarum principes ordinabant, SORTE ELIGE- riae sortis u-
 BANT. Quod testimonium est admodum insigne. Quam- postolorum.
 uis enim clericorum a κληρω uel forte notatio non adeo fir-
 certa, quoniam bona alterius uitae etiam κληρος siue fors
 audiunt, cum sortis uerbo pro bonis etiam adhibuerint Ro-
 mani: illud tamen ad nostrum facit institutum inprimis,
 quod uir magnae in ecclesia auctoritatis sortis usum in sa-
 crorum antistitum electionibus tueatur. Hinc meae con- ^{3) suffragato-}
 iecturae sunt, in Hispania inprimis, ubi uixit Isidorus do- riae fors prac-
 cuitque, SORTIS usum in eligendis clericis & episcopis cepta.
 praecipue locum habuisse. Inde enim BARGINONENSIS
 CONCILII canon 3. pro usu fortitionis ita se habet: Hoc etiam
 custodiendum, ut duobus aut tribus, quos ante consensus cleri
 & plebis elegerit, Metropolitanis iudicio, quem SORS, praecunte
 episcoporum ieiunio, Christo domino terminante, monstrauerit,
 benedictio consecrationis adcumulet. ALITER deinceps, quod ab-
 sit, praesumptum, & ordinatores & ordinatos proprii honoris de-
 positio subsequatur. Non ouum ouo similius esse potest,
 quam hic canon cauis, p. 4. 5. propositis. Non enim tur-
 ba hominum ibi offertur sorti: uerum duo tantum meritis
 aequales candidati. Ex quibus unus adpellandus est suffra- Einis autor-
 gatoria sorte. Frustra igitur sunt ipsi Hispani, in iisque tas defenditur
 SAAVEDRA *chron. Goth. cap. 15. m. 68.* atque TELLEZIVS ad *lib.* aduersus Saa-
V. tit. 22. c. 3. p. 391. qui falsa iuris canonici interpretatione uedram.
 adeo occupati sunt, ut, post mille annos, aliis uelint per-
 suadere, hoc suffragatoriae fortis decretum nunquam in
 Iberia usu receptum fuisse (*). Sed non elegantius, uerius,

(*). Imo Tellezius prouocat ad con- | cilium Hispaniae aliud, Toletanum,
 E 3 quod

4] regula in-
ris de usu for-
tis antiquae
ecclesiae.

Anno 800.

magisque integrum ueteris ecclesiae monumentum inuenies, quam illud, quod extat inter CANONES HIBERNESSES, seculo circiter octauo scriptos, quos in lucem produxit Lucas ACHERIVS tom. IX. *Spicileg. lib. 25. c. 5.* Est autem hoc: *Synodus HIBERNENSIS. SORS aut inter duo DVBLIA: aut inter duo AEQUALLIA: aut inter duo CONCATHOLICA mitti debet.* Id est, in causis p. 4. 5. enarratis, ubi electionis euentus fuit dubius, candidati spartae meritis fuere aequales, ipsa electio concatholica: igitur suffragatoria sors haberi ac aestimari debuerat pro necessaria, utili, honesta. Quibus elogiis dici quid non potest maius. Ceterum solemne illud S. GUILIELMI exemplum, circa annum 1200 aliquo sortilegii genere electi in archiepiscopum Bituricensis, pariter habet, quod nostro prodest argumento. Tres abbates electi sunt candidati. Ex his nominaret unum Odo episcopus Parisiensis. Is igitur schedas inscriptas horum nominibus imposuit arae, egit missam, fudit preces rogauitque numen, indicaret, quem ecclesiae haberet ex triga antistitem utilissimum. Quo facto more sortis extraxit nomen S. Guilielmi. Historiam describere Laurent. SVRIVS die x. mensis Ianuar. p. 156. 157. & plenius cultuque maiori Ioan. BOLLANDVS in actis SS. die x. mens. Ian. p. 628. 629. 630. Meretur illa legi in margine (*) cum ad

Nouae expli-
cationis c. 3. X.
de sortileg.
rebor nouum.

quod contra sentiat. Sed frustra, quod uidere est apud Lud. THOMASSINVM part. 2. de eccles. disciplina lib. 2. c. 20. s. 17. 18. p. 339. qui id tantum monet: alicubi illam episcoporum promotionem magis fuisse consultam. Qua episcopus, examine instituto, duos aut tres nominauerit candidatos, e quibus deinde populus eligeret antistitem. Cum plebs iudicare nesciat de meritis & uirtutibus antistitem sacrorum.

(*) Verba biographi in actis Sanctorum mensis Ianuarii dig. decimo sunt haec:

Cum ex hac luce migrasset felicio memoriae Henricus Bituricensis archiepiscopus, qui inter nos degens erga clerum & populum summa semper usus est mansuetudine & humanitate; paucis post diebus illius clerici ad diligendum idoneum successorem conuenire. Sed cum primum inter se non concordarent, tandem ex instinctu spiritus sancti in eam pariter iere sententiam, ut ecclesiae Parisiensis antistitem, qui ex illorum collegio ad id erat dignitatis assumtus, accerterent, eius in episcopo eligendo consilio & prudentia usuri. B.

rem faciant & libri citati pretia habeant aliquantum grandiora. Illud autem notatu est dignissimum, quod sorte e-

ri. Erat enim vir magnus & cunctis uenerabilis, consilii prouidus, iustus & timens Deum: cuius erga alias Galliarum ecclesias multa ueretur sollicitudine, acqueum esse existimabat, ut matri suae, id est, Ecclesiae desolatae, in qua a teneris annis fuisset enutritus, iam necessario tempore minime desereret. Ille uero nullis uellens moras, tanquam deuotus filius afflictae matri, omnibus quibus posset modis consuluit, uocatus mox aduenit. Itaque ubi ad praefixum diem conuentum est, iterum ab eius ecclesiae clericis post multam deliberationem id tandem omnibus unanimiter placuit, ut ex ordine Cisterciensi, cuius tunc erat in ecclesia Dei eximia sanctitas, abbas aliquis in pontificem deligeretur. Ibi tunc inter ceteros, quos morum sanctitas commendabat, crebro nominatus est Guibelmus id temporis Caroli loci religiosissimus abbas: qui postquam arduum illud complexus fuerat institutum, in dies ad perfectiora contendebat, & sicut generis nobilitate, ita uitae sanctitudo ceteris antecellere uidebatur. Tandem ex compromisso, & hunc & alios ab ipsis nominatos ad Parisiensem episcopum detulerunt, ex eius arbitrio procul dubio suum amissum habituri, quem ipse esset indicaturus: quippe qui illorum omnium mores probe cognitos haberet.

2. Sed quia iam hora tardior erat, uir ille prudentissimus noluit in re tanti ponderis precipitare sententiam; sed negotium omne in diem alterum dilulit. Eisi autem inuitus admodum eam in se promittam recepit, nulla ratione recepturus, nisi schismatis certa discrimina impendere

uidisset; & cessit tamen, decreuitque ea notie solitis uigiliis & precibus incumbere & diuinum implorare auxilium, ut dominus desolatae ecclesiae pastorem idoneum daret. Sequenti die in beatissimae Mariae uirginis templo mane sacrificium Messae cum ingenuis deuotione obtulit. Aderant uero illi duo eximia sanctitatis & prudentiae uiri, quorum unus postea Turronensi, alter Melelensi ecclesiae praefectus est. Sub horum conspectu schedulas, quibus cera obsignatis abbatum nominatorum erant inscripta nomina, sub altaris palla reposuit, penitus ignorans, quae cuius nomen habeat. Absoluto autem sacrificio, cum lacrymis & multo genitu humi prostratus, orat dominum Iesum, & eius sanctissimam genitricem, ut, qui solus corda nosset omnium, ostendere dignaretur, quem uellet eius ecclesiae pastorem constitutum. Expleta oratione, nihil iam haesitans de misericordia Dei, surrexit, & ex omnibus schedulas unam solam apprehendens, nomen inuenit domini Guibelmi Caroli loci abbatis: moxque rem duobus illis sociis suis indicauit: atque una cum illis properat ad clericos congregatos, & ipsius aduentum praefolantes. Interim rem apud se & duos illos tantam habet, dilaturus eius propalationem, donec certius aliquod diuinitus iudicium appareret. Et ecce non minima pars eorum qui conuenerant, obuiam illi procedi: una uoce clamitant omnes, Guibelmum abbatem, utpote uirum religiosum, iustum, sancte moribus conspicuum, sacris institutum literis, illustri ortum prosapia reliquis omnibus debere anteferri. Ita dominus Iesus,

lectum hunc Guilielmum idem ille ipse pontifex Honorius III. circa annum 1218. numero DIVORVM adscripserit (†), quem suffragatoriae sorti omni tantopere dicunt aduersum fuisse, quod uidimus p. 10. 11. superius. Vnde nouum ibi dicta accipiunt robur, cum credibile non sit, eundem papam principio electionem improbare, mox electum adscribere DIVIS.

VIII. Pro suffragatoria
sorte doctores
THEOLOGI &
IURECONSULTI.

1) PONTIFICIUM

Fris. Nausea.

Troilus Malnetius.

§. X. Sed ne quid insolentiae habere uideatur ueritas nouis plane argumentis corroborata: nostri aevi AVCTORES restant nobis consentientes. Primus fit *Fridericus NAVSEA, episcopus Viennensis*, qui in centur. 3. homil. 80. p. 338. b. cum ex instituto locutus esset de sorte ita tandem scribit: *Sexto docemur, DISSIDIUM, quoad est inter eligentes, de deum oratione, diuini. Vi hic omnis uitetur suspicio corruptionis, ambitionis & adfectus. Quamuis PONTIFICIA iura MAIORI partium uelint suffragari. Qui tamen ut maior sit, facile credi possit esse corrupta. Qui auctor eo maioris esse debet, quo acerbior ille fuit in Lutherum, & quo maioris inter suos auctoritatis, iuris & theologiae doctor, silentarius Campegii Cardinalis, episcopus. Alter est iureconsultus aetatis ue-*

Iesus, quem ipse iam designasset pontificem, illorum quoque animis inspirauit. His uero auditis, & laetitia & admiratione cepit episcopum, ita ut lacrymas tenere non posset, uidens rem diuinitus geri, exclamauitque: a domino saluum est istud: simul Deum benedicens, mox properat cum illis ad reliquos paucos, qui in electionis loco permanserant. Atque inde cum omnibus ad B. Stephani metropolitanae accessit ecclesiam: ubi ante aram prostrati cum precibus domino suffissent, ex omnium fratrum uoluntate & consensu i-

pso die S. Clementis Guilielmus abbas in archiepiscopum, & totius Aquitaniae primatem dignum.

(†) Testes sunt praeterea VINCENTIUS lib. 29. c. 62. speculi, Arnoldus WION in ligno uitae lib. 1. p. 15. CIACONVS in uita Honorii III. & PALATIUS in uita eiusdem, qui codicem mictum laudat Honorii III. episcoporum, in quibus lib. 2. epist. 1097. ritus diuinitatis S. Guilielmo datae enarrent. Pleniores sunt SAMMARTHANI in Gallia Christiana epist. Bituric. tom. 1. n. 65. p. 174

ustio-

tustioris Troilus MALVETIVS, qui de fortibus earumque iure scriptis responditque ex instituto. Sors illi sermone barbaro est *uentura*, de qua cap. 3. tandem colligit argutias his uerbis: *Sortis siue VENTURAE usus in munerum electione pro sortis* est licitus. Non hic Bononiae omni bimestri nomi magistratus eliguntur per sortem. Quod alias non ferret episcopus. Imo CARDINALIS conf. 150. dicit, quod si duo contendant de papatu, data paritate probationum, locus tum sit SORTI. Et uero si locus sorti in maiori, erit & in minori locus. Imo sors in V. T. fuit licita (de qua legi possunt le MOINE obseru. 587. & SALDENVS de Hamane aliique), sed Christus non uenit ut solueret legem. Imo cum papa tacet ad usum sortis & tamen scit sortes praedicari, uidetur dispensare & dispensando ius commune tollere. Itaque auctor mineruae paulo licet pinguioris. Sequatur hunc

Natalis ALEXANDER.

uir antiquitatum ecclesiae callentissimus, qui in *hystor. eccles. sec. 1. dissert. 6.* hanc quaestionem ex instituto respondit, idque his tandem uerbis: *Probatur usus SORTIS, si modo episcopatus candidati sint digni & ita pares, ut uix inter eos meritorum discrimen. Quia ubi humanae prudentiae iudicium deficit, diuina uoluntas consulenda & eius omnia committenda prouidentiae. Sic inter antrifites, qui tempore pelis, manere debeat, merito sortis usu indagatur, suatore Augustino ep. 180.* Pergo ad uiros euangelicos. In illis primo loco pono Sam. BASNAGIVM, qui in *annalibus ad an. 33. §. 178. p. 422.* occasione Matthiae commentationem habet omnino hic memorabilem. Utitur tandem filo consecutionis hoc: *Sorte electus Matthias, quia Spiritus S. neque dum missus fuerat, ut ipsi dignitatem candidatorum penetrarent. Inde Iosephus & Matthias, eligentium iudicio, inueniebantur pares pietate, sapientia, modestia, zelo. Nihil igitur porro relictum hominum prudentiae, nil consilio. Inde sorti iudicium dant, ne unum despicere uiderentur, honorando alterum.* Subscribunt

EVANGELICA
reformati.
Sam. Basnage

F

etiam

Riuetus.

Voetius.

3) LUTHERANI

Frid. Baldui-
aus.

Carpzouius.

Strykius.

Lutherus.

Spenerus.

etiam huic generi suffragatoriae sortis RIVETVS in *Decalogo & Gisbertus VOETIVS tom. 3. dissertat. p. 1200.* Neque aliter illi, qui symbolis addicti sunt *b. m. Lutheri*, Magna hoc in argumento est auctoritas *Frid. BALDVINI*, theologi Vitembergensis, ad quem omnes prouocant, quotquot uel adprobant suffragatoriam sortem uel improbant refelluntque. Fuit uero iste theologus an. 1607. hac de re consultus: *utrum antistes a patronis eligi possit ex pluribus candidatis per sortem?* Respondet hanc quaestionem cum discrimine dicitque; aut candidatos sine examine meritorum aut cum eo admissos fuisse ad fortitionem. Si *primum*, sortis usum profus improbandum esse: si *alterum*, eundem adprobandum esse tum, *si merita utriusque sint aequalia, si dissenserint inuicem patroni, si ipsa electrix ecclesia iuerit in partes.* Habes uiri huius epistolam de hoc argumento inter consilia *Georgii DEDEKENII uol. 1. part. 2. p. 430. 431.* Idem repetitur a *BALDVINO in casib. consc. lib. 4. c. 5. cas. 6.* Vnde fidenter & quasi sub clypeo Balduiniano scribit *CARPZOVIUS lib. 1. iuris eccles. tit. 4. def. 45. num. 7.* his fere uerbis: *Discordantibus patronis aut electoribus aliis, in numero candidatorum, meritis aequalium admitti, potest sortitio.* Cuius sententiae, relicta opinione Brunnemanni, calculum suum addit *b. m. STRYKIUS ad lib. 2. cap. 18. §. 56. p. 734.* praesertim, quod ipse *Lutherus* sortem, si non in electione sacri antistitis, certe uniuersum tamen commendet dicatque, *sortiri esse rem si dei in Deum.* Loosen sey ein rechtes Glaubens werck und möge wohl durch Fürwitz und Eigenlust mißbrauchet werden / wie des Schwerds und des Eydes / quae uerba illius sunt ad *cap. 1. Ionae.* Inde enim facile intelligitur, improbauisse uirum fortes temerarias, non necessarias in causis alias inenodabilibus. Eadem ferme habet *SPENERVS Part. 1. Theol. Bedencken p. 406. & dn. BOEHMER lib. 1. tit. 6.*

§. 54. Atque haec de numero in castris nostris militantium doctorum. Addo tandem, quod suffragatorias sortes, cum antea in usu essent ecclesiarum, primum interdixit circa an. 1220. Honorius III. si auctori fides est chronici S. Aegidii apud *Godefr. Wilh. LEIBNITIVM tom. 3. Rer. Brunsvic. p. 89.* certo inde sit credendum, illud, si quidem factum sit, factum esse ex causa corrupta ac deprauata. Scilicet ideo in ecclesiasticis electoribus alere maluit diffidia pontifex, quam fortis usu illa componere, ut iuri spes certior esset *deuolutionis*. Deinde cum in omni electionum genere regnare possint artes aulae Romanae (*) illas exulare oportet in suffragatoriis fortilegiis, parum ideo grato, quamuis salutari uulneratae per diffidia ecclesiae remedio.

Peroratio uiti-
tiofae causae,
ad, uersario-
rum.

(*) Nolo hic esse proditor arcanorum, quibus pontifex Romanus usus est ad episcoporum & abbatum Germaniae eludendas electiones. Cum enim ipse id quidem consequi non posset, ut eligendi iura Germani expectarent ab aula Romana: id egit, ut clam haberet, quod obtinere non potuit palam. Scilicet uariis remediis usus est, quibus Germanorum etiam *canonice* id est legitime peractas electiones tollerere notaretque uitiis, ob quod habendae essent pro nullis. In quo instituto eo felicior fuit: quia sola electione nemo factus erat episcopus, nisi & accessisset papae confirmatio. Iussit ergo electores canonicos, ut ipsi historiam electionis in Germania factae, Romam transmitterent, imo etiam isthuc se conferret episcopatus Germanici candidatus, rogaturus Romae confirmationem. Vtroque igitur facto, multa pontifici occasio ad electionem redarguendam atque incusandam alicuius uicii aut peccati. Nunc, iudicio pontificis, candidatus habitus indignus, uel quod doctus non esset uel quod non esset satis prudens uel quod maculam haberet natalium, corporis, alicuius in iu-

uenture peracti criminis, cetera. Nunc ipsi electores incusati sacri collegae, quod uinius suffragia essent *corrupta*, consanguinitate, numis, pollicitationibus, cetera, quod sequi debuissent *saniores* suffragantium partem, non maiorem & quae uexae fuerant generis eiusdem. Ad has igitur euitandas, Romam iuerant candidati cum numerum diuite crumena, ad pacanda irata curiae Romanae numina, quae alias nullum probauerant sacrae spartae ambitum. Tanti fuerant hi sumtus Romae facti, ut multoties in extremis rerum angustiis essent reduces inde noui episcopi urgerenturque ad nomina soluenda creditoribus Romanis. Contraho uela & lectorem remitto ad *Ant. MATTHAEVM*, qui *p. 121. 122. de rebus Vltraiectinis* illustrata habet Romae in hoc genere uenalis specimina. Idem etiam consuli potest in *analectis p. 188. 189. 199.* ubi in signe fragmentum exhibet conclusus Vltraiectini, id est, *bistoriae electiois antiq. situm Vltraiectinorum*. Quod si uerum est, quis dubitauerit de causa odii Romani aduersus sortes suffragatorias?

Der Ahnen grauen Ruhm pflegt man sonst hoch zu preisen;
 Doch dieser Glanz allein / ist bloß ein fremdes Guth.
 Da weiß Salustius * nichts weiter aufzuweisen
 Als seiner Eltern Kunst und Tugend-Helden-Muth.

Durch edle Tugenden / gelehrte Wissenschaften /
 Kunst und Geschicklichkeit kömmt man zum Adel-Stand.
 Denn dieser Ruhm bleibt auch bey unsrer Nachwelt haften /
 Wenn man auf solche Art vor andern ist bekant.

Hochwerthgeschätzter Freund / Dein Tugend-reich Ge-
 mütthe /
 Der Rechte Wissenschaft / Dein kluger Wig und Geist /
 Sind Ahnen wodurch Du / obgleich nicht von Geblütthe /
 Ist auf dem Saal-Achen würdig geadelt heist.

Wohlan so lebe nun / Hoch-Edler stets in Freuden
 In diesem Ehren-Stand / den Dir die Themis schenckt.
 Das Glück' umfasse Dich auf allen beyden seiten /
 Damit Dein Herze bleib' von Unfall ungekränckt.

* Cicero wirffet dem Salustio eben dieses an einem Orte vor / wenn er schreibet:
 Ego meis maioribus uirtute mea praeluxi, Tu tuis probro es & ignominiae.

Hierdurch wolte / als sein alter Schul-Freund in Licentiatum
 iuris promouirte seine wohlmeinende gratulation
 abstaten

Christian Ferdinand Wapenhentsch /
 Aduocatus Islebiensis.



Halle, Diss. 1714 (A/L)


ULB Halle 3
003 869 970



560







B.I.G.

Farbkarte #13

DISSERTATIONE INAUGVRALI,
DE

1714 256
114

SORTE SVFFRAGATORIA ECCLESIAE, vom Priester-Losß

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO REGIAE DOMVS PRINCIPE AC DOMINO,
CAROLO,
PRINCIPE PORVSSIAE, CETERA,

In Fridericiana,
PRAESIDE

D. IOANNE PETRO Suedswig/Icto,
REGI A CVRIALIBVS CONSILII, PROFESSORE IVRIVM ET HI-
STORLARVM ATQVE MAGDEBVRGICI TABVLARII ARCHIVARIO,

PRO LICENTIA

ad summos in utroque iure honores rite consequendos,

RESPONDEBIT

FRIDERICVS CHRISTOPH. OPEL,
ADVOCATVS ISLEBIENSIS.

DIE XIII. MENSIS NOVEMBR. clb lccc xiv.

HALAE VENEDORVM
Litteris CHRISTOPH. ANDREAË ZEITLERI, acad. typ.

14

TYPIS IOANNIS HENRICI GRVNERTI, ACAD. TYPOGR.
C10 10 CCXL.